

fecit, nulla quæ sanaret medicina, tan-
to malo reperta fuit, æger perpetuis
doloribus, ijsq; acerbissimis supera-
tus vitam morte commutauit. Hic
prædictus doctor Iohannes Pfeil, ho-
mo industrius & fidelis medicus, cū
arderet desiderio cognoscendæ cau-
ſæ tanti cruciatus, quò faciliùs & re-
ctius opitulari alijs simili in casu pos-
set, à defuncti cognatis precario im-
petrat, vt dissecare sibi caput mortui
liceret. Erat enim inter cætera dona
quibus clarebat, etiam Anatomes e-
gregiè peritus. Quod cum fecisset,
in capitis aperti cerebro lapidem re-
perit magnitudine & forma Mori, co-
lore autem quasi pullo aut cinereo,
quem deinceps pro singulari miracu-
lo multis ostendit. Discipuli & au-
ditores huius viri inter ceteros fuerūt
præcipui illi & præstantes viri, D. V-
dalricus Stendlerus physicus Laba-
chensis, D. Iohannes Sprembergius
physicus medicus Vratislauiensis, D.

Aa 4